



## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. I. Jure divino confitenda sunt omnia peccata mortalia, quorum pœnitens, post diligentem sui discussionem, conscientiam habet, etiamsi occultissima illa sint; non tantûm in genere, sed potiùs ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

speciem, & numerum peccati; ergo etiam talis Confessio non est invalida.

Resp. confitetur speciem physicam, & numerum physicum peccati, concedo; speciem moralem, & numerum moralem; nego. Ratio moralis, & numerus moralis; quia peccatum mortale; dicitur absolute, in morali consideratione in ordine ad Confessionem, habet se instar peccati venialis; unde ab illo absolvit quilibet Sacerdos, eodem modo, quo absolvit à peccatis venialibus; ergo illa circumstantia in esse moris notabiliter alleviat peccatum; immo mutat speciem, & substituit malitiam venientem, non quidem physicè & à parte rei, sed secundum prudentem estimationem Confessarii. Jam autem, ut superius diximus ex Suario, Confessor non debet ferre iudicium

de speciebus entis seu naturæ, sed de moribus; & ideo ad illud iudicium impertinens est, naturales species distinguere, nisi forte id necessarium sit ad morales explicandas.

Atque ut non esset circumstantia mutans speciem, adeoque ex hac parte non repugnet integritati Confessionis; saltem notabiliter variat, & pervertit iudicium Confessarii; ac proinde ex illa parte erit mendacium mortale, per consequens invalidans Confessionem; in qua non exprimitur hoc mendacium, quod tamen, utpote nova species peccati mortalis, iure divino exprimi deberet.

Si autem à me queritur, unde sciam Deum id præcepisse, mox edissero; & quia questio molestissima est, ille sit finis hujus Sectionis; eritque

## SECTIO OCTAVA.

### De Integritate Confessionis.

**D**uplex est integritas Confessionis, seu integra Confessio, una materialis, altera formalis, & de utraque oportet hic tractare. Materialem voco, quæ est de omnibus omnino peccatis mortalibus in specie, ac sigillatim. Formalem verò, quæ licet non omnia omnino peccata mortalia in specie, ac sigillatim declarat; equidem nullum reticet absque rationabili causa, aut inculpabili oblivione, seu ignorantia; & ideo adhuc verà Absolutione informatur, alioquin minimè informanda; ut patebit ex sequentibus Conclusionibus.

### CONCLUSIO I.

Jure divino confitenda sunt omnia peccata mortalia, quorum pœnitens, post diligentem sui discussionem, conscientiam habet, etiamsi occultissima illa sint; non tantum in genere, sed potius in specie, ac sigillatim.

**I**ta novissimè Concilium Tridentinum sess. 14. c. 5. quod sic incipit: Ex institutione Sacramenti Pœnitentiæ, iam explicatæ, universa Ecclesia semper intellexit, institutionem etiam esse à Domino integram peccatorum Confessionem; &

omnibus, post Baptisum lapsis, iure divino necessariam existere. Ut autem scires, quam Patres Concilii intellexerint Confessionem integram, continuo adjungitur pro ratione: Quia Dominus Noster Iesus Christus, è terris adveniens ad Cælos, Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit tanquam præfules & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in que Christi fideles ceciderint; quod, pro potestate Clavium remissionis, aut retentionis peccatorum, sententiam pronuntiant. Ergo in primis requiritur ad integram Confessionem, quod omnia mortalia crimina deferantur.

Et ne aliquis dubitare possit de modo, quo deferenda sunt, an videlicet in genere dumtaxat, dicendo: Accuso me de multis peccatis mortalibus; an verò etiam in specie, & sigillatim, dicendo: Accuso me de duabus fornicationibus, duobus homicidiis &c. illud attingitur; Constat enim, Sacerdotes iudicium hoc, incognitâ causâ, exercere non potuisse; neque equitatem quidem illos in penis iniungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declarassent.

Interim quia difficillimum foret hujus Sacramenti remedium, & maximo periculo carenti effectu expositum, si omnia omnino peccata, à parte rei commissa, deberent re ipsâ exprimi, mox subiungitur: Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum, post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in Confessione recitari.

Atque ad tollendum omnem scrupulum, de quibus peccatis Concilium loquatur, an

de externis tantum, an verò etiam de merè internis: Etiam, inquit Concilium, occultissima illa sint, & tenent adversus duo ultima Decalogi præcepta commissa, quæ neminquam animam gravius laiciant, & periculosiora sunt iis, quæ in manifesto admittuntur. Quis autem ambigit, peccata merè interna esse occultissima, & nonnunquam animam gravius laiciare, & periculosiora esse iis, quæ in manifesto admittuntur? Patet in peccatis merè internis odii, hæresis, & similibus.

3. Etiam peccata merè interna pertinent ad integritatem Confessionis.

Et verò duo ultima præcepta Decalogi, putas quia non prohibent concupiscentiam merè internam, sed solam concupiscentiam per accidens occultam? Scio quia non putas. Ergo dic mecum, & cum Concilio Trid. etiam peccata merè interna pertinere ad integritatem Confessionis. Unde paucis interjectis sic inquit Concilium: Verum, cum universa mortalia peccata, etiam cogitationis (Quomodo clarius potuisset exprimere peccata merè interna?) homines ira filios, & Dei inimicos reddant; necessum est, omnium etiam veniam, cum aperta & verecunda Confessione à Deo querere.

Hæc doctrina non est nova. Clemens I.

Neque hæc doctrina nova est: nam Clemens I. Epist. 1. circa finem de Petro loquens ait: Instruebat actus vite suæ omni hora custodire, & in omni loco Deum respicere, firmiter scire cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere, & Sacerdotibus Domini manifestare.

Cyprianus.

Accedat Cyprianus Serm. de Lapis n. 11. circa finem ibi: Quando & fide maiores, & timore meliores sunt, qui quantum nullo sacrificii, aut libelli facinoræ constructi, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Domini dolenter & simpliciter confitentur, exomologestem conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt, scientes scriptum esse: Deus non iridetur.

4. Contrariam doctrinam Petrus de Olina damnavit Sixtus IV.

Hinc merito Sixtus IV. Bullâ: Licet ea, 17. apud Cherubinum damnat has propositiones Petri de Olina: Peccata mortalia quoad culpam, & poenam alterius saculi, absque Confessione, solâ cordis Contritione, præter verò cogitationes solâ displicentiâ delentur. Item: Quid Confessio secreta sit (id est, ut Aliqui volunt, de peccatis secretis) necessario non exigitur. Merito, inquam, damnat has propositiones tanquam falsas, sanctæ Catholicæ fidei contrarias, erroneas, & scandalosâs, ac à fidei veritate alienas, ac Sanctorum Patrum Decretis & Apostolicis Constitutionibus contrarias.

Conc. Trid.

Itaque (prosequitur Tridentinum supra) dum omnia, quæ memorie occurrunt, peccata Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia divina misericordia agnoscenda exponunt; qui verò secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil divina bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt: si enim erubescat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Ecce Concilium loquitur generaliter sine exceptione alicujus

peccati; prout etiam Scriptura Joan. 20. Luc. v. 23. Quorum remisit peccata, remittuntur ei; & quorum retinueris, retenta sunt. Item Matth. 16. v. 19. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis.

Quare ergo non credimus? Deus est qui præcipit, indubie habens potestatem præcipiendi actus merè internos, utpote qui scrutatur renes & corda, & potestatem habet puniendi actus merè internos. Ipse est Dominus fama nostræ, immo & vitæ. An forte remittuntur peccata manifesta, absque peccatis occultis? Certa doctrina est, unum peccatum mortale non remitti sine alio; & ideo, qui scienter aliqua retinent sine interna, sive externa, nihil divinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt.

Ex quo deducitur, non sufficere, unum peccatum mortale confiteri uni Sacerdoti, & alterum alteri; sed omnia simul exponi debere uni Sacerdoti, ut ab omnibus simul absolvat, vel omnia simul retineat Casus sit (inquit Auctor lib. de vera & falsa Penit. c. 15.) in verecundi ductus, dividat apud se Confessionem, & diversa diversis Sacerdotibus velit manifestare. Quidam enim celant, quæ alii manifestanda conservant; quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper veniâ carere, ad quam per fuisse vitam putat pervenire.

Interim Nonnulli Catholici, inquit Suetus disp. 2. 2. sect. 1. n. 3. dixerunt; hanc necessitatem integritatis non posse sufficiens ratione colligi ex institutione, sed solâ Ecclesiæ traditione, & auctoritate haberi. Quod indicat Durandus 4. dist. 17. q. 15. ubi solvit rationes Theologicas, quæ ad hoc ostendendum afferri solent. Hæc Suetus.

Legi Durandum loco citato, & exscribo ejus verba: Quantum ad primum, sciendum est, quod de Conclusionem est omnium concessa sententia, videlicet, quod necessarium est omnia peccata confiteri uni & eidem; modus autem probandi non est idem apud omnes. Uno enim modo probatur sic: sicut est in medicina corporali, sic est in Penitentia, quæ est medicina spiritualis; sed in medicina corporali sic est, quod medicus non solum debet cognoscere unum morbum, sed totam dispositionem corporis, pro eo quod unus morbus gravatur ex alio, & quod prodest ad curationem unius morbi, aliquando nocet alii: ergo in Penitentia, quæ est medicina spiritualis, oportet quod Sacerdos, qui est medicus spiritualis, cognoscat non solum unum peccatum, sed omnia; quia ex quolibet aliud gravitatem recipit, & quia medicina, quæ valeret ad unum peccatum, posset esse incentiva alterius.

Sed ista ratio non videtur necessario probare, quod necessarium sit, omnia peccata confiteri uni & eidem, sed quod est valde con-

grum; quia secundum eam non est necesse omnia peccata confiteri uni & eidem, nisi ratione gravitatis, quam unum fortitur ex alio, vel ratione medicinæ, quæ prodesset contra unum, & non contra aliud. Sed propter primum non oportet hoc ponere, quia circumstantiæ aggravantes non sunt de necessitate Confessionis; sed solum illæ, quæ addunt novam speciem peccati: sed unum peccatum, si recipiat gravitatem ex alio sibi adjuncto, non tamen recipit novam speciem; ergo ad Confessionem unius peccati, non requiritur necessariò, quòd fiat mentio de alio.

Nec propter secundum, scilicet propter medicinam; quia vel loquimur de medicina, quæ expellit morbum, vel de illa, quæ præservat à recidivo: medicina, quæ expellit morbum peccati, nunquam est contraria medicinæ alterius peccati; quia eadem medicina est expellens omne peccatum, scilicet gratia, & ideo ratione talis medicinæ non oportet omnia peccata confiteri simul; ne medicina, quæ curat unum peccatum, gravet vel augeat aliud; quia istud nunquam est. Nec ratione medicinæ præservativæ, quia non est de ratione veræ Pœnitentiæ, quòd homo non possit ab ea excidere; non est ergo necessarium ad veram Pœnitentiam, quòd exhibeantur omnimoda remedia contra recidivum.

Alius est modus efficacior, probans eandem Concl. & est talis: Confessio correspondet Contritioni, sicut signum signato; quia & ea, quæ sunt in voce, sunt in anima passionum notæ, & etiam correspondet per simile; quia per Contritionem fit mentalis Confessio coram Deo; sicut per Confessionem vocalem fit manifestatio peccatorum coram Dei ministro; sed Contritio non potest esse de uno peccato sine alio, ergo nec Confessio. Et sic patet, quòd Confessio debet fieri integrè de omnibus peccatis uni & eidem. Quòd est intelligendum de peccatis, quæ memoriæ occurrunt, præviâ discussione conscientiæ, quæ debet Confessionem præcedere. Hucusque Durandus. Nec ulterius progreditur ad solutionem hujus probationis.

Quomodo ergo verum est, quòd supra ait Suarez: Solvit rationes Theologicas, quæ ad hoc ostendendum afferri solent? Solvit unam, & satis feliciter meo judicio, salvo meliori; alteram insolutam relinquit, neque mentionem ullam facit de traditione, vel auctoritate Ecclesiæ, nisi quòd dicat: De Conclusionem est omnium concursus sententia, videlicet, quòd necessarium est, omnia peccata confiteri uni & eidem. Ergo negat, hanc necessitatem integritatis posse sufficienti ratione colligi ex institutione, qualis Consequentiæ?

Immo de facto videtur colligere posteriori ratione, quæ optima est. Ideo namque requiri-

tur universalis Contritio, quia unum peccatum mortale, juxta legem Dei ordinatum, non remittitur sine alio, ut patet ex dictis disp. 6. sect. 2. conclu. 6. ergo planè conveniebat, ut eadem lege institueretur Sacramentum Pœnitentiæ, id est, ut sic institueretur, quòd per illud non remitteretur unum peccatum sine alio. Ait autem S. August. lib. 3. de libero Arbitrio c. 5. *Quidquid tibi verà ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum, tamquam bonorum omnium conditorem.* Igitur sic institutum fuit hoc Sacramentum; per consequens necessaria est Confessio universalis, quandoquidem Sacramentum non remittat peccatum mortale nisi confesum.

Intellige, directè, & vi scilicet: alioquin per concomitantiam, propter incompatibilitatem gratiæ cum quocumque peccato mortali; & indirectè, id est, per ordinem ad aliam Confessionem, suo tempore faciendam, remittuntur in Sacramento Pœnitentiæ omnia peccata, quæ inculpabiliter reticentur; sed hoc per accidens est, ut patet, & planè fuit necessarium, ne, sicut superius dixi, sapissimè Sacramentum frustraretur omni suo effectu, & ne foret jugum importabile. Caterùm institutio Sacramenti debuit respicere quòd est per se, non verò quòd per accidens.

Rogas; an ergo implicet contradictionem, hanc institutionem aliter factam fuisse? Resp. cum Suarez supra n. 9. negativè; sed hæc institutio maximè conformis est naturis rerum, supposità ordinariâ providentiâ divini, quòd sufficit. Cùmque institutio divina sit de necessariis ad valorem Sacramenti, sequitur hanc integritatem non solum esse obligationem præcepti, sed etiam necessitatem Sacramenti; quamquam in præsentis puncto hæc duæ necessitates nunquam separantur; hoc ipso enim quòd hæc integritas obligat ex præcepto, cùm, communi calculo, sit res gravis, qui non integrè consistit peccat mortaliter per se loquendo, ac proinde invalidè absolvitur defectu debiti doloris. Sin autem per accidens excusetur à peccato mortali, liquet quia Absolutio valet, ut jam non semel dictum est.

Atque hæc doctrina intelligitur non tantum de peccatis, quæ altunde ignorat Confessarius, sed etiam de iis, quæ; utpote in loco patenti; & coram toto populo commissa, optimè novit; nam hæc notitia planè per accidens est, & impertinens ad hoc judicium, quoniam data, & accepta, sine ordine ad sententiam; jam autem in omni judicio necessaria est notitia per propriam accusationem, & testificationem, id est, per accusationem, & testificationem in ordine ad obtinendam sententiam, quam accusationem, & testificationem hic præbet pœnitens se accusans.

Addo cum Suarior supra n. 11. per Confessionem non solum dari Confessori notitiam peccati

S. Aug.

9. Ad impl. cet hoc sacramentum aliter fuisse institutum?

10. Doctrinâ communis intelligitur etiam de peccatis publicis.

Joan. 20. Luc. 24. Matt. 28. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

us est qui... qui scruta... habet pu... st Domin... ortè remi... ue peccat... in peccat... ideo, qui... sive ex... sacerdotem

ere, unum... cerdoti, &... noni debere... ul absolvit... fr ( inquit... c. 15.) in... Confessionem, manifestant, festanda. con... ssum tendere, frustra totam

quit Suarez dicit... hanc ne... sufficienti... sed Ecce... beri. Quod... ubi solvit... ostendens

ex scribis... sciendum... m concurs... rarium est... n: modus... id omnes... cut est in... enitentia... medicina... on solum... sed totam... nod unus... prodest ad... do necet... medicina... s, qui est... on solum... quolibet... medicina... sset esse

ariò pro... a peccata... aldè con... grum;

Quid d... hanc ne... sufficienti... sed Ecce... beri. Quod... ubi solvit... ostendens

ex scribis... sciendum... m concurs... rarium est... n: modus... id omnes... cut est in... enitentia... medicina... on solum... sed totam... nod unus... prodest ad... do necet... medicina... s, qui est... on solum... quolibet... medicina... sset esse

ariò pro... a peccata... aldè con... grum;

Quid d... hanc ne... sufficienti... sed Ecce... beri. Quod... ubi solvit... ostendens

ex scribis... sciendum... m concurs... rarium est... n: modus... id omnes... cut est in... enitentia... medicina... on solum... sed totam... nod unus... prodest ad... do necet... medicina... s, qui est... on solum... quolibet... medicina... sset esse

ariò pro... a peccata... aldè con... grum;

Quid d... hanc ne... sufficienti... sed Ecce... beri. Quod... ubi solvit... ostendens

ex scribis... sciendum... m concurs... rarium est... n: modus... id omnes... cut est in... enitentia... medicina... on solum... sed totam... nod unus... prodest ad... do necet... medicina... s, qui est... on solum... quolibet... medicina... sset esse

ariò pro... a peccata... aldè con... grum;

Quid d... hanc ne... sufficienti... sed Ecce... beri. Quod... ubi solvit... ostendens

ex scribis... sciendum... m concurs... rarium est... n: modus... id omnes... cut est in... enitentia... medicina... on solum... sed totam... nod unus... prodest ad... do necet... medicina... s, qui est... on solum... quolibet... medicina... sset esse

ariò pro... a peccata... aldè con... grum;

Quid d... hanc ne... sufficienti... sed Ecce... beri. Quod... ubi solvit... ostendens

ex scribis... sciendum... m concurs... rarium est... n: modus... id omnes... cut est in... enitentia... medicina... on solum... sed totam... nod unus... prodest ad... do necet... medicina... s, qui est... on solum... quolibet... medicina... sset esse

ariò pro... a peccata... aldè con... grum;

peccati secundum se, sed prout est, vel fuit in conscientia penitentis, id est, secundum modum, & circumstantias, quibus ab eo fuit commissum, & secundum presentem dispositionem seu detestationem, quam circa illud habet.

Pro contrario errore citat Suarez sup. n. 3. Petrum de Olma. Qui error, inquit, tum aliis damnatus fuit à Sixto V. in Bulla, quam refert Castro V. Confessio. Hæc ille.

Perlegi Bullam (quæ est 17. apud Cherubinum) sed nulla in ipsa mentio hujus erroris, nisi fortè in hac clausula generali: Et alias (propositiones) quas propter earum enormitatem nec illi, qui de eis notitiam habent, obliviscantur earum, & qui de eis notitiam non habent, ex presentibus non instruantur in eis) silentio præterendas ducimus. Hic autem error, ad propositum nostrum, exprimitur in illa Bulla: Confessio peccatorum in specie ex universalis Ecclesie statuto, non divino iure comperta est.

11. Circumstantiæ mutantes speciem sunt explicandæ ex Concilio Tridentino.

De cætero Concilium Trident. probè intelligens controversiam, quæ erat inter DD. Catholicos circa Confessionem peccatorum in specie, sess. 14. c. 5. circa medium profert suam doctrinam hiscè verbis: Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: quod sine illis peccata ipsa, neque à penitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteant, & fieri nequeat, ut de gravitate criminum rectè censere possint, & penam, quam oportet, pro illis penitentibus imponere. Unde alienum à ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse, aut unam tantùm circumstantiam consistendam esse, nempe peccasse in fratrem.

Quia autem Heretici calumniabantur huiusmodi Confessionem impossibilem, illic subjungit: Sed & impium est, Confessionem, quæ hæc ratione præcipitur, impossibilem dicere, aut carnis illam conscientiarum appellare; constat enim nihil aliud in Ecclesia à penitentibus exigere, quàm ut, postquam quisque diligentis se excusserit, & conscientia sua sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse meminerit; reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem Confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: Ab oculis meis munda me Domine.

12. Competitum totius doctrine Catholice de integritate Confessionis.

Ecce tota doctrina Catholica de integritate Confessionis, quam hiscè verbis pertrinxit idem Concilium eadem sess. can. 7. Si quis dixerit, in Sacramento Penitentis ad remissionem peccatorum necessarium non esse iurè divino, confiteri omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra duo ultima Decalogi præcepta, & circumstantias, quæ peccati speciem mutant; sed eam Confessionem tantum esse utilem ad erudiendum & consolandum penitentem, &

olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem Canonicam imponendam; aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinæ misericordiæ ignoscendam, . . . . anatema sit.

Ubi pariter damnat errorem Lutheri, qui reprehendebat integritatem Confessionis, quoniam qui omnia peccata diligenter confiteri student; nihil divinæ misericordiæ dimittendum relinquunt.

Sed tu dic & intus dic cum Concilio Tridentino supra cap. 5. Dum omnia, quæ memoria occurrant, peccata Christi fideles confiteri student, omnia divinæ misericordiæ agnoscenda (id est, remittenda) exponunt, qui verò secus faciunt, nihil divinæ bonitatis per Sacerdotem remittendum proponunt.

Quid miraris? Nam totus fructus huius Sacramenti speratur ex meritis quæ nobis per Sacramentum, tanquam causam instrumentalem applicantur, seu communicantur; ergo per integram Confessionem, in nullo præjudicatur efficacie meritum Christi, qui per ipsam voluit nobis applicare sua merita, & non per Confessionem mutilam seu non integram.

Non tango, quòd ultra peccata, quæ fuerimus confessi, satis adhuc superstit, quòd dimittat Deus in peccatis oblitus. Ne igitur (inquit Joannes Eckius Homil. 43. de Coel.) obsequamur erroribus Lutheri; sed potius Spiritui sancto, qui per Prophetam aliud non dicitur dicentem: Effunde sicut aquam in terram conspectum Domini. Thren. 2. v. 29.

Atque huius integritatis ante Concilium Tridentinum meminit Concilium Florentinum in Decreto Eugenii 4. Quartum Sacramentum ibi dicitur: Quod est Confessio, ad quam pertinet, ut peccata omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacramento confiteatur integraliter.

Quid hæc dicam de Scoto, cuius doctrinam sequimur? Attende quibus verbis veritatem Catholicam præscripserit præfatis Conciliis. Continet etiam hoc præceptum (divinum Confessionis) quid debet confiteri; quia peccatum mortale, & non continet aliud &c. Sed quòd peccatum mortale? Respondeo, quòd omne, de quo habet memoriam; & hoc præmissa inquisitione diligentis fructum possibilitatem fragilitatis humana.

Dubitas, quæ sit hæc diligens inquisitione? Intellego, inquit Doctor, quantum inquisitionem possit aliquis apponere circa aliquod multum arduum, quòd sibi multum esset cordi, tantam debet apponere circa omnia peccata mortalia redacta ad memoriam, & illa redacta ad memoriam, debet etiam confiteri, non dividendo Confessionem: quia dicit Augustinus de vera & falsa Penitentia, & ponitur de Penitentia dist. 5. cap. Consideret. Quisquis autem celant, quòd alii manifestandum confitent, quòd est se laudare, & ad hypocritam tendere, & sempiternam veniã carere, ad quam credunt per frustra pervenire.

Si contra hoc obicitur; quia tunc videtur, quod quilibet peccator tenetur cuilibet requirenti dicere omnia peccata sua, aliquando tacendo ea, vel aliquid eorum, esset hypocrita, quia ostendit se innocentem, quam si respondeo, quod tacendo, cui non debet dicere, non ostendo me innocentem in his, quae taceo; sed illi, cui dicere debet; & quando dicere debet, & quomodo; sicut in Confessione tacendo aliquid, confitendo aliud, ostendo me innocentem in hoc, quod taceo, & in hoc est hypocrisis, non in alio casu. Hucusque Doctor Subtilis 4. dist. 17. n. 19.

In quibus verbis accuratissime meminit obligationis praemittendi diligentem inquisitionem, quam non semel inculcat Concilium Trid. locis supra allegatis. Nec mirum; quia qui tenetur ad finem, etiam tenetur ad media necessaria fini consequendo; qui ergo obligatur integrè confiteri, obligatur ad diligens examen conscientiae, sine quo non potest integrè confiteri.

Potest non requiri exactissimam diligentiam & extraordinariam; videlicet anticipationem Confessionis, descriptionem peccatorum in charta, & similia, etsi aliquando sit periculum oblivionis plurium peccatorum, patet ex communi sensu & praxi fidelium. Sufficit ergo diligens inquisitio secundum possibilitatem fragilitatis humanae, id est, talis inquisitio, per quam Sacramentum Penitentiae non reddatur nimis grave & onerosum; vel, tanta inquisitio, quantum (ut loquitur Scotus) possit aliquis apponere circa aliquid multum arduum, quod sibi multum esset cordi, quoniam Sacramentum res ardua est; & cum sit necessarium ad salutem, sicut ipsa salus debet poenitentem multum esse cordi, ita & istud Sacramentum. Prudentia igitur opus est, ne poenitens vel nimis leviter se examinet, vel nimium se vexet, etiam subinde cum periculo leaionis sanitatis corporalis, aut turbationis cerebri.

Unde non sequitur; si poenitens adhuc unà hora examinaret seipsum, inveniret adhuc aliqua peccata; ergo tenetur adhuc unà hora se examinare; dummodo tamen praemisisset molestem diligentiam majorem vel minorem, pro ratione temporis lapsi ab ultima Confessione, multitudinem peccatorum; & sui ipsius capacitate; nam minus homo barbarus, & qui primum conversus est ad fidem, seipsum potest examinare, quam aliquis, qui semper Catholicè vixit; minus rusticus, quam homo civilis; & agrotus; quam sanus; minus qui habet plura peccata, quam qui pauca; isti enim esset difficillimum examen circa omnia in particulari, huic autem facillimum.

Et hinc praetextu insufficientis examinis non sunt facile remittendi simplices & rudes, sed potius à Confessariis adjuvandi, dummodo aliquem saltem diligentiam juxta suam capacitatem praemisissent; nam saepe ab illis non potest plus expectari, & quamvis remittantur,

aeque imparari redibunt; eosque ordinare Confessarius mediocri labore melius juvabit, quam ipsi seiplos longo examine; potissimum quando indigent Confessione generali, aut multorum annorum, ob praecedentes Confessiones irritas, ut experientia docet. Omitto periculum nunquam postea revertendi, non sine magno animarum damno.

His praenotatis de examine conscientiae, pergo ad illa, quae Scotus docet de circumstantiis peccatorum; neque enim earum demerent, sed quid de eis faciendum sit, disertis verbis explicavit supra n. 20. dicens: Nec solum peccatum, sed circumstantias peccatorum notabiliter aggravantes includit dictum praecceptum, iuxta illud Augusti. Prius consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in qualitate personae &c.

Quaeris à me, quas Doctor Subtilis vocet circumstantias notabiliter aggravantes? Audi quae sequuntur: Saltem illas dico aggravantes, & necessario confitendas, quae speciali prohibitione prohibentur; verbi gratia alienum accipere est illicitum, sed speciali prohibitione prohibetur accipi de loco sancto, & ideo speciale peccatum, scilicet sacrilegium, per hanc circumstantiam constituitur.

Similiter est illicitum non suam agnoscere, sed si quae propinqua sit, speciali prohibitione prohibetur; & ideo speciale peccatum scilicet incestus per hanc circumstantiam constituitur. Frequentia etiam non est dubium, quod est circumstantia simpliciter ponens aliud peccatum, quia qualibet vice committitur novum peccatum, & de similibus simile habeatur iudicium.

Ergo per circumstantias notabiliter aggravantes; quae necessario confitendae sunt, intelligit Scotus circumstantias mutantes speciem; aut numerum peccatorum; breviter, docet confitendae esse peccata non in genere dumtaxat, sed potius in specie, & sigillatim, id est, speciem & numerum peccatorum.

Multe autem (prosequitur Doctor) sunt circumstantiae, ex quibus peccatum est aliquo modo gravius, & hoc vel ex parte obiecti, vel ex parte personae peccantis, de quibus non est ista certum, quod oporteat illas confiteri tamen tunc & utile est hoc fieri. De aliis vero, quae nihil ad B. putà sine quae esset tanta gravitas, quam cum illa circumstantia impertinente, fatuum est confiteri, utpote si aliquis peccat cum aliqua, quae vocatur Bestia vel Lucia & huiusmodi. Sit itaque

CONCLUSIO II.

Iure divino confitendae sunt circumstantiae, peccatorum speciem, aut munerum mutantes; non ita certum est, quod oporteat